



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvngensis Ecclesiae, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1657

Qualem oporteat esse Parochum in reprehendis criminibus. 15

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

1 Cor. 11. omnes, qui scissuram querunt. Si quis enim vult contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

dum. Quemadmodum Paulus quoque in **2 Cor. 2.** gratiam recepit Corinthium illum penitentem.

CAP. XIII. A scommatis & conviciis abstinendum.

CAP. XVI. Manifesta reprehensio utriusque potestatis vitanda.

INter concionandum ergo à scommatis, maledictis, ac conviciis, omnino abstinendum est. Prædicetur pure ac sincere Dei verbum, juxta Ecclesiasticam traditionem, & Patrum ab Ecclesia Catholica approbatorum interpretationem. Quæ vero in contentionem vel disceptationem revocari possunt, penitus fileantur; quemadmodum quoque pragmatica Augustensi functione cautum est.

Vitanda quoque manifesta reprehensio utriusque potestatis, tam Ecclesiasticæ quam civilis. Neque invehendum in Ordinem aliquem, aut aliquod ab Ecclesia receptum vivendi genus. Omnis enim potestas à Deo est, & propterea eatenus honoranda, non incessenda. Sequenda præcursoris Dominici doctrina & exemplum, qui ne milites quidem à se repulit, aut ulla contumelia affecit, sed magis viam recte vivendi ostendit.

Prag. Augustiana.

CAP. XIV. In contentiosis dogmatibus, quomodo docendus populus sapere.

IN controversis autem & contentiosis obsecrisque dogmatibus, quæ sacris voluminibus vel universali Ecclesiæ consensu expressim decisa non sunt, populus privatim (maxime cum exomologei se purgat, modo gravatam conscientiam in hoc habeat) ita docendus est sapere, atque hac cautione, profiteri de his se credere, sicut credit Ecclesia. Hoc enim tutius, quam asseverare, de quo dubites, aut quod non intelligas.

Per ejuscemodi enim incautam reprehensionem, plebs ad seditionem magis ac rebellionem incitatur. Hanc murmur, odium, impatientia, contumacia, protervia, & detractionis libido comitantur. Quin potius docendus populus est obedire Magistratibus, parere Præpositis suis, etiam dycolis: ac interim admonendus est, si sint Magistratus interdum vitiosi, id evenire, quod Dominus regnare facit malos & hypocritas propter peccata populi: omnem animam potestatis sublimioribus subditam esse: quodque omnis potestas à Deo sit: quod denique, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistat: nisi tamen potestas expressim præcipiat, quod est contra mandatum Dei; tum enim oportet plus obedire Deo, quam hominibus.

CAP. XV. Qualem oporteat esse Parochum in reprehendis criminibus.

CAP. XVII. Quomodo corripiendi Magistratus.

ERit quoque Parochus in reprehendis criminibus vehemens atque acer. Constitutus est enim ut annunciet populo scelera eorum; sic tamen, ut in suggesto vitia tantum reprehendat, non personas nominatim perstringat. Argue, inquit Apostolus, increpa, obsecra, in omni patientia & doctrina. Vbi persona arguenda, denunciatione Evangelica utendum: Si peccaverit in te frater tuus, inquit Christus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum: quod si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: quod si te non audierit, adhibe tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum: quod si eos non audierit, dic Ecclesiæ: quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Sic Paulus Corinthium, respicere nolentem, excommunicavit. Et hic iterum Christi doctrina & exemplum sequendum, ut benevolentia severitatem vincat, ut paratus sit Parochus dimittere peccanti, non modo septies, sed & septuagies septies; & cum Christo paratior sit ad absolvendum adulteram, ad frugem melioris vitæ revertentem, quam ad condemnan-

IN corripiendis vero Magistratibus, correctioni quoque fraternæ locus est; quemadmodum Ioannes reprehendit Herodem. Sic enim legimus: Dicebat enim Ioannes Herodi, non populo: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Qua si nihil promoveas, postulanda & expectanda provisio Prælatorum ac majorum Magistratum est: qui si dissimulent, etiam consultum magis, ut ultio remittatur ad Deum, quam ut tantum scandalum inde deterius subsequatur.

CAP. XVIII. Admonendus populus, ut oret pro Magistratibus.

Est autem populus, frequenter in concionibus, post conciones vero semper, diligentissime commonendus, ut Deum Opt. Max. pro potestatibus deprecetur. Volo (inquit gentium Magister Paulus) ut fiant omnium primum obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus qui in